

Num. 6. Cap. A. num. 30.



IN. VII PRIORA CAPITA  
LIBRI IUDICVM COMENTARI<sup>Y</sup>  
ADCTORE.

R.P. Ioann. Freire Ulyssiponens. Societ.  
IE SV Conimbricensis quondam Sacr. Litter.  
publico Interprete.

D.D. HIERONIMO Mascarenhas  
Calatrav. Milit. & quit. Reg. Majestat. a  
Consiliis in Ordin. Consil. Castella  
et Portugall. et Vimaran. Eccles.  
Magno Priori Electo;  
Dicatus.

Cum triplici Indice Locor. Sacr. Script.  
uno; Rerum Memorabil. altero;  
ad Concion. Quadrages.

Biblioteca Coimbricensis Palantica. Secunda  
tertio.

Juan de Noort fecit.

S. DEBBORA.



Expensis  
Emmanuelis  
Lapezi  
Bibliopola

Cum Privilegio  
Madridi  
Ex Typographico  
Officina Hanasa  
Martinez  
Ann. MDCXLII



D.D.HIERONYMO MASCARENHAS,  
Calatrav. Milit. Equiti, Reg. Maiest. à Consilijs in  
Ordn. Consil. Castellar. & Portug. & Vimarim.  
Ecclesiae Magno Priori electo,  
S. P. D.

**I** Patris Frerij in Iudices Commentarij in Lusitania  
paulò ante regni illius defectionem editi ad manus  
meas pervenere, cumque ego optarem, ut opus adeò  
præclarum ad omnes sacrarum litterarum profffores,  
et studiosos diffunderetur, illud iterum mea opera,  
et sumptibus excudi curau; unum enim exemplar ex calamitoso  
rebellionis incendio huc evaserat, idque tot mendis scatens, ut facile  
deprehenderes authoris sui prolem fuisse posthumam, qui parentis in  
suo ortu, seu editione curam, et præsentiam desiderasset. Modò igi-  
tur, Illustrissime Domine, cum hi sacri Commentarij iterum in lucē  
prodeant integri, ut que probas Iudices decuit incorrupti, alium à te  
Patronum illis nuncupare nefas duxit tuum illi favorem, et tutelare  
numen iure suo sibi vendicabant; par enim fuerat, ut sanctorum Ig-  
dicum patrocinium, defensionemque suscipere et index integrimus,  
verus, et severus iustitiae custos, qui illustrium Heroum, de quibus  
hic agit S. Pagina exempla evolvere, et imitari optimè noster: hunc  
vero te esse invictatebitur usque invidia. In Castellam nostram se  
Iudices sanctissimi contulerant futuram impy Tyranni perfidiam  
præsagientes, ne iura et leges maximo sui cōtempcio, et Dei ini-  
ria ab improbis hominibus violatas viderent: in quo etiam, ut in re-  
liquis animi tui clarissimis virtutibus verum te illorum sectacorem  
exhibuisti: cum enim plures etiam animos, qui firmissimi fore vide-

IN LIBRVM  
IVDICVM  
COMMENTARII.  
PROLVSIO.

I  
Inscriptio-  
nis Libri  
causa red-  
ditur.

Samuel Au-  
thor libri  
huius.

**A**nte quām Libri  
quasi limen ingre-  
diar, hērendū mi-  
hi est in inscrip-  
tione sacri huius  
vestibuli, & ad reliqua per quæ  
stiunculas aliquas præluden-  
dum; sic enim inscribitur: **1.1.**  
**TER IVDICVM.** Quero igi-  
tur primum: cur Samuel (nā is  
Author est huius libri, ut cō-  
munior fert sententia) Heroas  
tales, ac tantos, quorū res ges-  
tas cōmemorat, Iudicum no-  
mine appellārit: cùm Iudicis  
nomen, vel ipso terrificans so-  
no, virgas, fasces, vinculaque  
minetur: neque videatur in pa-  
rentes patriæ, quales illi fue-  
rant, convenire: quippè quibus  
gloriae fuerit, miseros cives  
non morti dedere, sed eripere;  
non damnare ad carceres, ac  
supplicia, sed à servitute, ac  
periculis vendicare?

Respondeo, Iudices dictos,  
non tam quòd damnaverint **2**  
suorum quempiā, quām quòd Iudex uado  
servaverint, quòd liberaverint: dictus.  
id enim non semel significat  
verbū (**IVDICO**) *Iudicate pu-* **Isai. 1. 17.** *pillo, defendite viduam,* Isaias  
**1. 17.** *Judicabit pauperes popu-* **Psal. 71.**  
**li.** *Psal. 71. 4.* quod infra magis **4.**  
declarat: *Quia liberabit pau-*  
*perem à potestate,* &c. vers. 12.  
ac səpē alibi. Nam hoc in Iu-  
dice primatum; duo enim il-  
lius munia, duæ veluti manus, **Iudicis munus quod**  
absolvit una, condemnat alte- **primam,**  
ra; illa prior, ac nobilior, ista **quod iecum**  
posterior, & ignobilior; illa mi-  
sericordię, ista iustitia; illa dex-  
tra, hæc sinistra. Vnde Christus  
Dominus in ultimo illo fo-  
ro, cùm severissimū Iudicem  
acturus est, à dextris indicium  
auspicabitur: *Tunc dicet Rex*  
**īs,** qui à dextris eius erunt, **Mat. 25.**  
**Matthæi 25. 34.** *Cur non illis 34.*

A an: